istis tñ nõn negat magister ꝙ alimentũ transeat ĩ car
nẽ sed negat ꝙ transeat ĩ hũane nature veritatem.
Et tm̃ ĩ speciali. ¶ Sequitꝛ distĩctio.xxxj.
Hunc sup est inue. Ista ẽ distĩctio.xxxj.huiꝰ
secundi libri. In qua magister postꝗ̃ egit de
q̇ditate peccati originalis. Agit de ipsiꝰ tra
ductione. ⁊ tria facit. Nam ṗmo agit de modo q̊ trans
funditꝛ. Secundo de causa quare traducitꝛ. Tertio de
rõe nõis qḋ sortitꝛ. Primũ vsq3 ibi. Hic solet q̄ri. Se-
cundũ vsq3 ibi. Iam ostensum. Tertiũ vsq3 ad finẽ di
stĩctõis. In spẽali sententia magistri stat ĩ tribꝰ ꝓ
positõibus. quaꝝ ṗma ẽ hec. Per carnẽ qua viciosa
ꝯcupiscentia concipitꝛ ⁊ aĩe vnitꝛ ⁊ nõ ꝑ aĩaȝ pctm̃ ori-
ginale traducitꝛ. Hanc mgr̃ insinuans querit. vtꝝ pec-
catũ originale traducitꝛ a parentibus in filios ẜm solã
carnẽ vel ẜm solam aĩaȝ. vel ẜm vtrũq3. Et rñdens di
cit quosdã fuisse opinatos ꝙ pctm̃ originale traducitꝛ
ẜm aĩam ponentes aĩaȝ ex traductõe incipere exẽplũ
ita ꝙ sicut in generatõe prolis caro filij substantialitꝛ
de carne patris trahitꝛ. ita eciã aĩa filij de aĩa patris
essentialiter generaretꝛ. Sȝ istã opionẽ mgr̃ respuens
tanꝗ̃ fidei catholice contrariã. eo ꝙ pctm̃ non ẜm aĩaȝ
sed ẜm carnẽ solam a parentibus trahitꝛ. Naȝ in feruo
re libidinis concipitꝛ caro ĩ corpus formando ⁊ incor
rupta polluitꝛ. Ex cuius contractu aĩa cum infunditur
contrahit maculã qua ⁊ ipsa polluitꝛ. ⁊ sic dea esset vi
cij concupiscentie qḋ dicitꝛ peccatũ originale. ⁊ dꝫ ma-
nere in carne non q̇dem sicut in subiecto ꝓprio cũ ca-
ro ñ possit eẽ subiectũ cl'pe. ẜ sicut in cã seu virtualiter
in carne contentũ. Istas sententias ꝓbat magister
autoritatibus beati Aug. ⁊ Ambrosij. Secunda ꝓpõ
ẽ hec ¶ Peccatũ originale q̄dam defectꝰ ⁊ fomes pcti

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-599/0156
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG